

statutum fuerit finiatur¹. Ille tantum causæ de hoc gene[re] ^{quæ} ante diem presentis edicti finite sunt, nulla tenus motilenta; pendendum uero negotiorum status memoratus legibus distingatur (distringatur). Statuentes ut ne quis contra hoc salubrem præceptum audiat & (audeat) in posterum supplicare proponatur. ^{quæ} = proponatur

Data sub die viii idus Marcias ~~xxpe~~ cc².

• XCVIII.

CONCILIIUM EPAONENSE³ (ANN. 517).

Avitus Viennensis et Viventiolus, Lugdunensis episcopi, sacerdotes omnes, clericos, honoratos et possessores regni Burgundiæ vocaverant ad concilium celebrandum in parochiâ Epaonensi; quorum epistolas exponere parùm utile mihi videtur; quas videsis in collectionibus actuum hujus concilii.

(De Epaonensis parochiæ situ variæ sunt auctorum sententiæ, quorum præcipui, Chiffletius in opusculo quod eâ de re anno 1621 typis mandavit, Harduinus in notis ad hoc concilium, pluresque in Bibliothecâ historicâ Franciæ, n° 511 ad 515, laudati assignant vicum Etanna, gallicè *Yenne* ad Rhodanum, in diocesi Belicensi, quòd vicus ille in antiquis documentis Epaona vel Eona appellatur, et ubi reperti sunt lapides inscripti *deæ Eponæ*. Hoc si verum esset, mirum videretur episcopum Belicensem huic concilio, in diocesi suo celebrato, non interfuisse. Vir spectabilis Guizot, in opere cui titulus *Histoire de la Civilisation*, t. III, pag. 346, assignat oppidum Sabaudia, quod nunc *Jenne* vel *Diene* vocatur. Auctores Artis dijudicandi temporum notas existimant locum Epaona eum esse qui nunc dicitur *Albon* in Bennis diocesi, quibus assentior. Hic enim locus, Epaone appellatur capitulario Ludovici Pii ap. Baluz., t. II, col. 1433.

Hujus concilii canones quidam, incitiâ fortassè amanuensis, capitulis concilii Agathensis juncti fuere ut indicavi, n° LXXIV. Episcopi XXIV suscripserunt huic concilio cujus præcipui canones hi sunt: ut episcopi à metropolitano vocati ad concilium vel ad ordinationem, nisi tantum infirmitatis causâ, venire non recusent; ut qui secundas nuptias contraxit aut viduam desponsavit, nec præbyter, nec diaconus ordinetur; ut clericis canes vel accipitres ad venandum habere non liceat; ne presbyter incio episcopo suo in alienâ ecclesiâ constituatur; ut præbytero, vel diacono sine epistolis episcopi sui ambulanti communionem nullus impendat; pristinas de non alienandis ecclesiarum bonis sanctiones confirmant; jubent ut abbas nunc uni tantum monasterio præsit; vetant deniquè ne nova monasteria sine episcopi notitiâ instituuntur.

collegerant, suisque impensis educaverant, hos in suâ potestate servandi jus esse, omni penitus remotâ repetitione patrum vel dominorum, qui sic infantes ad mortem exposuerant; si quidem episcopali subscriptione constaret hos infantes collectos fuisse. De hoc argumento consulenda sunt acta concilii Vasensis ann. 442, can. ix et x; conc. Arelatensis ann. 460, can. LI; formulaque XI, inter eas quas vulgavit Sirmondus.

¹ Jus romanum, inter veteres incolas tantum vim legis habebat, ut docet præfatio codicis Burgundionum, quæ hæc verba exhibet: *Inter Romanos... Romanis legibus præcipimus judicari*; quod denuò statuit tit. IV ejusdem codicis. Incertum verò erat quid, lite inter Burgundionem et Romanum exortâ, statuendum

foret de collectis; et cum hæc quæstio quodam modo ad jus publicum, id est statum hominum, pertinere videretur, rex statuit causam ipsius iudicio subjiciendam.

² Si ex his characteribus ^{pe} conjicias, indicatum fuisse Agapetum, hoc edictum anno 517 tribuehdum foret. Agapeti consulatum Sigismundus indicat in titulo III codicis Burgundionum; qui titulus ab eo interpolatus videtur in eo codice quem Gundebaldus, pater suus, fecerat.

³ Acta hujus concilii legere est in Sirmond., Conc. ant. Gall., t. I, pag. 195; Labb., Concil., t. IV, col. 1573; Harduin., Concil., t. II, col. 1045; Lande, Suppl. concil., pag. 48; D. Labbat, Coll. conc. Gall., col. 882.

= da
i = c. av.
Cod. disoingatur
op. uist. m. l. d.

- d. marcias. pe cc.